

# **Dissertatio medica inauguralis de dysenteria / [Isaak Meister].**

## **Contributors**

Meister, Isaak, active 1687.  
Universität Basel.

## **Publication/Creation**

Basileae : Typis Jacobi Bertschii, [1687]

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/akjpex8u>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS

*De*

# DYSENTERIA

*Quam*

Auxiliante

SUMMO NUMINE

CONSENSU ET DECRETO

*Amplissimæ, Nobilissimæ, & Gratiissimæ*  
*Facultatis Medicæ*

*In*

Illustri & Perantiqua Rauracorum  
Academia

*Pro*

Summis in Medicina Honori-  
bus & Privilegiis Doctoralibus  
ritè consequendis

*Publicæ Philiarorum Disquisitioni submittit*

# ISAACVS MAISTERVS

Scaphus. Helvet.

*Ad diem 15 Februar. Anno M.DC.LXXXVII.*

---

BASILEÆ  
TYPIS JACOBI BERTSCHII.

*Viris Nobilissimis, Excellentissimis,  
Experientissimis*

**IOH. IACOBO WEPFERO**

Med. Doct. Varior. S.R.I. Princip. & Reip.  
Patr. Archiatro Celeberrimo.

**H E N R I C O S C R E T Æ**

à Schottnau & Zavorziz, Med. Doct.

**IOH. CONRADO PEYERO**

Med. Doct.

Mecœnatibus, Fautoribus, Affini, Præceptoribus ac Studiorum meorum Promotoribus omni honoris & amoris cultu perpetim devenerandis.

*Leviusculas hasce pagellas in grati animi texuēt  
qua decet animi submissione, dicat ac consecrat, seq;  
praterea humiliter commendat*

A U C T O R.



Q. D. B. V.  
DISSERTATIO INAUGURALIS  
*de*  
DYSENTERIA.

I. §. **D**YSENTERIAM gravissimum affectum esse constat omnibus. Neque enim atrocissimos tantum inurit dolores, sed plerumque etiam malignitatem habet conjunctam, ac nisi mature succuratur, vitæ affert exitium. Quod pensantes, & quam frequentes omni hominum ætati struat insidias experti, succinctam ejus tractationem publicæ disputacionis loco suscepimus. Ubi si quid eruditorum voto minus respondeat, quippe rudi tantum Minerva rem adumbratam justam in juventute mea ac tenuitate ingenii excusationem fore confido. §. Nomen autem prius examinandum, quam ipsam rei tractationem aggrediamur. DYSENTERIA ergò Græcanicæ vox est originis, ex οὐς & ἕνερος composita, Latini Græcæ vocis significationem imitantes *intestinorum difficultatem* dixerunt, Germani verò cum cruenta ac purulenta simul dejiciuntur die rothe Rühr/ cum mucosa tantum die weisse Rühr appellant. Nostratum vulgo vocatur der rothe Schaden, Mucosa

illa dejectio, quam multi quid sit, & unde ortum habeat, ignorârunt, nihil aliud est, nisi mucosæ intestinorum tunicæ unâ cum glandulis à Nobilissimo ac Excellentissimo D. Joh. Conrado Peyero, fidi Præceptor meo descriptis abrasæ excretio. Non tamen confundi debet *fluxus cæliacus* ac *lienteria* cum *dysenteria* mucosas dejectiones exhibente: *fluxus* enim *cæliacus* ab obstructis lactibus, aut eorundem osculis ab exulceratione intestinorum prægressa coalitis ortum dicit, in quo chylus cum magmate excrebili confusus secedit, ac ut plurimum aliis gravioribus affectibus supervenit, morbisque chronicis annumeratur; dum in *dysenteria* purulenta fœtidaque excrementa cum tenesmo ac tormentibus frequenter expelluntur, quæ à causis suis subito in actum deducuntur, illaque propterea inter acutos morbos reputantur: in *lienteria* crudum ingestum aut semicoccum è ventriculo expulsum intestina citò permeando ejicitur; quamvis & *lienteria* plerumque *dysenteriae* coniunctum sit symptoma. §. Ipsaque *dysenteria* est frequens alvi dejectio, qua nunc mucosa excernuntur, nunc cruenta ac purulenta, cum atrocissimis plerumq; ventris doloribus, ac tenesmo, interdùm & febri, orta à materia acri tunicas, glandulas & fibras intestinorum stimulante, rodente, fauciante ac depascente. Licet subinde *dysenteria* mali moris, ob gangrenam aut sphacelum jam præsentem, omnis doloris expers observetur: ubi tamen membra ut plurimum frigent. Heic quædam dicenda essent de ventriculi ac intestinorum natura & usu, quo sequentia magis illustria redderentur: verum quia jam ab hinc decennio Nobilissimus Peyerus modò laudatus egregium de glandulis intestinalium parergon, in quo nil, quod hoc trahi posset, desideratur, luci publicæ exhibuit;

- exhibuit; ideo anagnosten benevolum eò remitto.
4. §. Cruento igitur huic malo obnoxia sunt *intestina* tām *tenuia*, quām *crassa*, aliàs *particulatim*, aliàs *universa*. Absit tamen *ventriculum* planè immunem credam. Experientia namque docuit per anatomen *pylorum & ventriculum* quorundam dysentericorum gangraena ac sphacelo fuisse corruptum; qualia exempla vide in *Theoph. Boneti sepulchreto libr. III. sect. XI.* §. *Dysenteriam* itaque proximè excitat *sal* quoddam *acre resolutum* aut *acidum*. Salia namque acria & acida cùm unanimi Philosophorum & Chemicorum sententia sint acuminata, quippe figuræ pyramidalis, conicæ, aut alias à latiori basi in acumen vergentis, membranas & fibras intestinorum compungunt ac vellicant, simulque catervatim in expassis nervis gastricus ac cœliacis affluentes spiritus animales irritant, archeumvē, ut cum Helmontio loquamur, furibundum reddunt; nec vellicant solum fibras & tunicas intestinorum, verūm etiam easdem sauciant, vulnerant & vasorum quoque continuitatem solvunt. Inde *inflammatio abscessusq;* existunt ac *ulcera dira*, genuinus nimirūm *dysenterie* morbus, aliis interdūm aliisque symptomatibus sti-
6. patus. §. Præter hæc *salia luxuriantia à vermium cohorte dysenteriam* quoque *verminosam* in castris antè aliquot annos excitatam esse, quæ *absinthio* cum *sale esculento* aut *nitro* in cerevisia cocto, ac tepide bis aut ter interdiū hausto curabatur, notavit *Paulus Brandius, Med. Castr. in Aet. Hafn. vol. V. observ. XXXI.*
7. §. Ansam verò dat imprimis *Cacochymia seu intemperies sanguinis & succorum reliquorum*, qui per naturam jugiter ad intestina confluunt, aut etiam in illis generantur, ut *salivæ, chyli, bilis, succi pancreatici, & pituitæ* intestinorum. Cùm videlicet non tantūm

excessu peccent, sed etiam fervore aut acrimoniam ac  
impetu: tunc namque *inquinamentum* acre arsenici  
naturam quodammodo participans & in humoris  
aut genitum sponte, aut aliunde illatum suscita-  
tur, fovetur, & *ventriculo* aut *intestinis* imprimitur.

8. §. Quò conspirant etiam *injuriae externae* à rebus, ut  
vocant, non naturalibus: in quibus primas tenet *justo*  
*plenior* ac *perversus* *victus* *ususq;* *ciborum* *acrum*, *sale*  
*multo* & *aromatibus* *conditorum*, *carnium* *fumo* *exsic-*  
*catarum*, *olerum*, *melonum*, *cucumerum*, *fructuum* *re-*  
*centium* aut *immaturorum*, vel ab *insectis* *bestiisq;* *ve-*  
*nenatis*, *uredine*, item *grandine*, *pruina*, *rore* *infecto-*  
*rum*; quemadmodùm *lethalem* *dysenteriam* ex esu  
*brassicae* *capitatae* *noxio* *rore* *infectæ*, *forsan* & *illotæ*, *de-*  
*scripsit* *Simon Schulzius*, *Medicus Thorunensis* *misc.*  
*cur.* *dec.* 1. *an.* III. *obs.* 88. *fragorum*, *cerasorum*, *pruno-*  
*rum*, *uvarum*, & *similium*. *Potus* *immodicus* ac *in-*  
*tempestivus* *frigidæ* aut *vini* *præsertim* *generosi*, *vel*  
*glacialis*. *Ex* *his* *enim* *necessariò* *cacochymia* *nasci-*  
9. *tur* *propter* *lymphæ* *acrimoniā* *tandem* *in* *intestinis*  
sedem figens eaqué *exulcerans*. §. *Haud* *parùm* *eo*  
quoque tribuit *intermissum* *corporis* *exercitium* & *de-*  
*ses* *vita*, *qua* & *corrumpuntur* ac *lentescunt* *humo-*  
*res*, & *transpiratio* *insensibilis* *perit*, & *viscerum* *ro-*  
*bur* *hebescit*:  *exemplo* *sint* *sartores*, *textores*, *netri-*  
*ces*, & *otiosi* ac *intemperantes* *pueri* *præ* *aliis* *ad* *dysen-*  
*teriam* *proclives*, *quoniam* & *illorum* *corpora* *per-*  
*petuo* *scabie* ac *ulceribus* *pustulis* *pruunt*. *E* *con-*  
10. *trariò* *motus* *corporis* *æquo* *concitator* *sanguinem*  
& *humores* *ad* *intestina* *præcipitat*. §. *Alvi* *porrò*  
*pertinacia* *retentis* *excrementis*. *Frequentius* *tamen*

11. *diarrhæa* *in* *dysenteriam* *degenerat*. §. *Certum* *est*  
etiam *fortiores* *animi* *passiones*, *iram* *mæsticiamq;* *sym-*  
12. *bolam* *conferre*, §. *Imò* *somnus* *quoque* *ac* *vigilia* *imno-*  
*deratæ*

deratae ad cruentam hanc messem semina spargunt;

13. §. Quae excoquit ac ad maturitatem novissime per-  
ducit aër impurus *halitus* malignus ex terræ spe-  
luncis, fodinis, cryptis ac antris, è simetis locisque  
putridis ac uliginosis vel è corporibus infectorum  
corundemque excrementis exhalans ac in atmo-  
sphærā effusus. *Exhalationes* enim illæ unæ cum  
aëre inspiratæ sero viscidō sanguinis retinentur, do-  
nec intestina fermentatione adauctæ & acriores red-  
ditæ secessu facto in *intestinis* excutiantur, ubi *inflam-  
mationem* pariunt, & *tumicas* eorum vehementer pun-  
14. gendo laedunt. §. Adhæc annulo aureo asperiore  
deglutito, adamante, vitrisq; devoratis, aceto in plum-  
beis vasis asservato, aquis item per plumbeos  
canales derivatis, purgantibus fortioribus & ve-  
nenis natam *dysenteriam* memoriæ proditum est ab  
15. observationum scriptoribus. §. A morbis incautiis  
curatis, aut ulceribus immaturius sanatis, corundem-  
que materia ad intestina translatis *dysenteria* provo-  
vocatur; qualem ob *ulcus* in pede solidatum *letha-  
lem* notavit *Joh. Fac. Waldschmidius*, Medicus ac Pro-  
fessor Cattorum celeberrimus misc. cur. dec. I. an. II.  
*observ.* 213. imò eandem, tanquam crisi, aliis gra-  
vioribus affectibus supervenire priscis seculis agno-  
vit *Divinus Senex Coeus aphorism. sect. VI. §. 48.* ubi lie-  
nosis illam prodesse dixit; ac *sect. VII. §. 5.* ab insania  
difficultatem intestinorum bonam asseruit. Sic etiam  
exempla passim occurruunt eorum, qui ab *hyperca-  
tharsi* ac *hydrargyrosi* in *dysenteriam* delapsi sunt.  
16. §. De cætero evidentissimum *dysenteriae* signum est  
frequentior *alvi dejectio* cum *tenesmo*, propter con-  
tinuam *intestinorum* irritationem: ubi simul cruda  
è ventriculo, sicuti in *lienteria*, expelluntur. Deinde  
atrocissimus *ventris dolor* ac *tormina*, quæ maximè  
increbre

increbrescunt imminente excretione. Rursus excre-  
menta mucosa ac omnino cruenta & putrida quibus-  
cum sœpè abscedunt portiones & ramenta tunica-  
rum ac glandularum. Nonnunquam febris adest  
plus minus intensa ac ingens fuisse, quandoque item  
cardialgia, vomitus, singultus aut convulsiones, maxi-  
mè si propè ventriculum hæreat malum. Sympto-  
maton horum numerum adaugent appetentia cibi  
prostrata, vires dejectæ, vigilia continua, ac crurum  
frigus & debilitas: interdùm & vomitum cruentum  
eidem morbo conjungi testatur Celeberrimus Wede-  
lius, Archiatrus Gothicus misc. cur. dec. I. anno II. obs.

17. 44. §. Est itaque morbus periculo plenus, ejusque  
prædictio dubiæ & ancipitis spei. Nihilominus &  
in his aliqua reperitur diversitas, ut certius de felici  
aut infelici eventu liceat angurari. Etenim maligna  
& epidemia ac contagiosa dysenteria gravior est be-  
nigna. In longis dysenteriis appetitus prostratus ma-  
lum, & cum febre pejus, teste Hippocrate aphor. 3.  
sect. 4. Si à dysenteria detento velut carunculæ se-  
cesserint, lethale. aphor. 26. sect. 4. Dysenteriam ab atra  
bile contractam itidem lethalem pronunciat Hippocr.  
aphor. 24. sect. 4. Intestina tenuia exulcerari pericu-  
losius, quam crassa, quia illic tenuiores fibræ & vasa  
sanguifera plura atque majora. Quo graviora tan-  
dem symptomata affectui huic coniuncta sunt, eò dif-  
ficilior curatio existit. §. Alioqui dysenteriam non  
unius ejusdemque generis esse, sed plurimum quo-  
que inter se differre patet. Alia enim fiens est, alia  
facta: illa mitior & facilior sanatu, hæc gravior. Alia  
rursus ab externis causis, alia tantum ab internis pro-  
ducitur. Est denique cum cruenta ac purulenta, est  
& cum mucosa sola dejiciuntur. Quædam item be-  
nigna, quæ mitis est, nullisvè gravibus onusta sym-  
ptomatis

*ptomatibus*; alia *maligna* seu *epidemia* ac simul *contagiosa*, quæ dira fovet accidentia. Alia tandem *terminibus* stipatur; & alia ex adverso *indolentiam* ostendit, quæ à *gangræna* aut *sphacelo* orta, *lethalis* obsecvata fuit à laudato *Wedelio* epistola ad *Thom. Bartholinum* Act. Hafn. vol II. obs. 44. ac misc. cur. dec. I. an. II.

19. *obs. 43.* §. Indicationes, secundūm quas *therapeja* ex methodo heic instituenda venit, consistunt 1. In *salis* illius *virulenti* acerrimi seu *causæ* continentis *expulsione*, *extersu*, ac reliquiarum ejus *correctione*.  
2. In *spirituum* *tumultu* *sedando*. 3. In *symptomaton* *graviorum* *sublatione*; ubi & *virium* *conservationi* studendum. Quia verò ad differentias superiùs allatas *dysenteria benigna* ac *maligna* pertinet; ideo in  
20. curanda altera priùs ero sollicitus. §. *Dysenteriae* igitur *benignæ*, quæ absque ulla *malignitatis* nota est, prosunt ante omnia *laxantia* *adstrictoria* facultate prædita, quibus & *sanies* ex *ulcere* detergatur, uti sunt *rhabarbarum*, *myrobalani*, *sirupus è succo rosarum Damascenarum*, *blanda emetica*, & alia, quæ simul partibus *læsis* *robur* conciliant; ut *humores* peccantes ac in primis *viis* *hærentes* *eliminentur*, & *sanies* ex *ulcere* *abstergatur*, quo pertinent quoque *clysteres*; acriora autem *purgantia* resinacea cane pejus fugiantur & angue, ne intestina vehementiori stimulo magis irritentur, spiritus animales plus ferociant, aut *inflammatio*, *gangræna* vel *spacelus* in ventriculo ac intestinis excitetur, & *hemorrhagia* cum  
21. frequenti *dejectione* augeatur. §. Post hæc in usum vocanda *spicula salis* luxuriantis *obvolventia* ac *demulcentia*, uti sunt *tardum* *recens* non *salitum*, *oleum nucis juglandis* aut *seminis tini* *recens*, ac *amygdalinum pineum* vē; immò *amygdale dulces*, *nuclei pinei*, *piastachiae*, *semina frigida* *aliave oleosa*; nec non *balsami-*

B na ulce-

na ulcerationes solidantia, uti terebinthina Chia ac la-  
rigna, opobalsamum, balsamum Peruanum ac de Co-  
paiba, mastiche, thus; easdemque visco quasi oblinen-  
tia, ut tragacanthum, gummi acacia Ægyptiacæ, sanguis  
22 draconis in lacrimis. §. Tum porrò adhiberi de-  
bent plurima alcalina fixa, præsertim terrea, quæ acri-  
moniam faliſ hujus luxuriantis absorbent, uti agari-  
cus Petrus, ebur fossile, terra signata Melitensis, Lem-  
nia, Silesiaca, bolus Armenas; precipitant ac infringunt,  
uti corallia, margarita, lapilli cancerorum, alumnen ru-  
peum, ostracodermata, pilæ badzaharticae, antimonium  
diaphoreticum cum cornu cervi ustulato præparatum,  
diaphoreticum Joviale ac Martiale, tintura Martia-  
les; quibus occultantia ac glutinantia ex animalium  
classe accedunt, cornu cervi utroque modo præpara-  
tum, uni cornu, ebur, coquela cum testis combustæ, qua-  
rum usum medicum eleganter descriptæ Excellen-  
tissimus J. Jae. Harderus, P. P. ac Sereniss. March. Bad.  
Durlacens. Medicus, Hospes jugiter colendus in examine  
fuo anatomico cochl. terrestr. priapus cervi, sanguis le-  
poris, dentes, ossa, cornua ac ungula diversorum ani-  
malium, cum corundem jure, adipe, sebo, & præser-  
tim ichthyocolla, quæ utramque hec ferè paginam fa-  
cit. E stirpium verò censu præsertim excellentiora  
traumatica ac adstringentia laudem meretur tormen-  
tilla, bistorta, nymphæa, iris planstris, pentaphylon, an-  
serina, plantago, pyrola utraque, clematis daphnoides,  
numularia, pes leonis, sanicula, hypericum, rosa rubra;  
balaustia, semen acetosæ, folia ac fructus myrti, myrtillo-  
rum ac cerasi racemosi; succus acacia Ægyptiacæ, hypocysti-  
dis, & catechus. lichen vett. ac essentia spissiores è plan-  
tis memoratis; ut & subacida alcali fixo terrestris  
infracta non negligenda, ut sunt corna, mespila,  
farba, cydonia, cynosbati, mala granata, pyra strangu-  
lantia,

Lantia, pruna silvestria, oxyacanthæ fructus, uva crispæ  
non spinosa tam alba, quam rubella (ribesia vulgò di-  
ctæ,) cerasa acida cum eorundem succo gelato aut  
pulte; nec non lapathum acerosum, (rives seu ribes  
Arabibus vocatur) oxalis utraque, oxytriphylon ac.  
23. sexcenta alia. §. Diluunt acrimoniam potenter &  
attemperant lac bubulum tepidum, in quo aurum,  
chalybs aut silites extinti sint; jus galli veteris ac  
vervecis aut interaneorum ejus, cum quibus ichthy-  
colla simul bullierit: in quem finem & emulsa è di-  
ctis seminibus ac nucleis exhibentur; acidulas brevio-  
ribus haustibus potas ad dilueudum sal luxurians po-  
tentest esse, si cum circumspectione sumantur, exem-  
plis confirmatur: dysenteriam enim periculo ple-  
nam acidulis Svalbaceis curatam notavit suprà  
laudatus Joh. Jac. Waldschmidius, misc. cur. dec. I. an. II.  
obs. 212. Huc referantur quoque apozemata trau-  
matica, tremor bordei, ac clysteres tam è jure visci-  
diori aut lacte, quam è plantis decoctis parati. §. Si  
24 necessitas quoque postulat, aut alias inflammatio-  
nis ventriculi ac intestinorum metus, ob ma-  
lignantatis suspicionem aut sinistre datum purgans,  
adest, intercalentur spiritus salesvè volatiles urinam  
redolentes, summa tamen industria à fœtidis scoriis  
sulphureis aliquoties sint depurati; & inde fiunt opti-  
ma invertentia: ex quorum numero sunt spiritus sa-  
lis ammon. ac urina, spir. ac sal volat. cornu cervi, sanguini  
humani, viperarum, sal tartari volat. & plures alii.  
E' jam recensitis varia conflantur composita; ex qui-  
bus multiplici affectu probo commendari debet Ma-  
gni Wepferi Patris pulvis stypticus, ac Excellentissimi  
Henr. Scretæ à Zavorziz, affinis dilectissimi ac præce-  
ptoris aeternum mihi Venerandi, pulvis andy-  
sentericus & stypticus in collegio Mscr. ac libro de fe-

bri castrensi sect. III. cap. 14. descriptus. Nuper plurimis extollebatur encomiis pulvis arcanus contrà dysenteriam D. Osvaldi, Chemiatri & Medici Salisburgensis, Austriaci ac Wirtembergici, qui tamen detecta ab ipsomet auctore larva, nil nisi *heptaphylli radicis farina* erat; sic post tot exantlatos in chemia labores ad simplicia euporista tandem revertebat  
25. vir solertissimus. §. *Spirituum ferociae compescendæ, doloribus sedandis, ac frequenti dejectioni inhibendæ* præter jam narrata adminicula convenient *anodyna generosa*; præsertim autem ex *papavere* ac *nuce myristica* conflata remedia, & *sulphura metalorum* pyrotechniâs dexteritate confecta: neque ullum ferè remedium in hoc affectu exhibeat, quin aliquotam *opii* aut *papaveris* portionem receperit, vel ex *metallico* aut *vegetabili sulphure fixo* constituit; uti ex sequenti remediorum applicatione patebit.  
26. §. In *dysenteria maligna* præter recensita maximè proficia sunt *diaphoretica* ac *alexipharmacæ* ad strictoriis sociata, quorum syllabum invenies in modo laudati Henr. *Scratæ à Zavorziz*, libr. de febri castrensi maligna sect. III. cap. 14. quo lectorem remitto.  
27. §. Imò non negligenda sunt *corroborantia* exquisita, quia vires maximè labascunt. *Symptomaton* graviorum emendatio intercalabitur tractationi ipsius affectûs principis; diæta tandem finem imponebit.  
28. §. Quamprimum igitur medicus ad ægrum *dysenteria* laborantem vocatur, ac *morbus* adhuc *recessus* est, nec ultrà triduum durârit, exhibe eidem, quacunque hora diei sit, *rhabarbari rasi* 3*β.* vel 3*ij.* cum *laud. opiatu* aut *essentia opii Langel. gr. j.* vel *ij.* mixti in *jure* aut *emulso amygdalino*; vel talem potionem laxantem eidem porridge: *Rq. Rad. torment. bistortæ ana* 3*j. fol. pyrolæ, fl. ros. r. ana p. myrobolan, citrin.* vel *Cauliensis*

buliensis 3*j.* sem. acetosae 3*j.* incisa & contusa coque in aqua font. q. s. ut de colato 3*j.* vel 3*iiij.* supersint; cui adde rhabarbari electi rasi parum tosti, spec. diatragac. frig. ana 3*B.* sir. ros. lax. simpl. 3*j.* misce pro uno hau-  
stu calidè sumendo; si autem ventriculus ingestis corruptis, aut illuviè biliosa degenerere oneretur, ac cardialgia negotium facessat, cum rhabarbari 3*B.* tar-  
tari emesici gr. *ij.* commixta in jure absorbeantur, omisso tunc opio vomitus alias compescente; intestina posthæc mox clysmate è lacte chalybeato cum saccharo eluenda. Non tamen toties iterandi sunt clysteres, quemadmodum plurimum medicorum mos est, ne glandulæ per intestina dispersæ ad emulgen-  
dam lympham plus æquo stimulentur, nec exulce-  
ratae tunicae crux liberalius fundant, ac desiden-  
di conatum augeant; & cum multoties irritamen illud salinum causticum in superioribus intestinis aut etiam in ventriculo hæreat, ac enemata ut plurimum ultrà coli valvulam non penetrant, ideo frustra his-  
ce sordibus ac materia peccante eluenda applican-  
tur. Quid ergò opus est iisdem, ut alvus adhuc ma-  
gis sollicitetur ac dejectiones frequentiores reddan-  
tur. Conveniunt verò nihilominùs iterati sæpiùs,  
quoties atrocissimi dolores circâani sphincterem te-  
nesmo perpetuo sese produnt: quo in casu sequens  
semper valdè prodest. Rx. Rad. nymphæ, althæa ana 3*B.*  
herb. linal. scord. flor. ros. rub. verbasci ana M*B.* sem. cydo-  
nior. papav. alb. ana 3*j.* incisa & contusa bulliant  
parum in lactis vaccini s. q. de colato verò pro unica  
injectione sume 3*viiiij.* & adde olei mastiches, sebi cer-  
vini ana 3*j.* terebinthinae claræ 3*B.* ovor. vitell. *ij.* croci  
triti 3*j.* f. clyster m. ac v. calidè applicandus. Dein  
singulis quatuor aut sex horis 3*B.* usque ad 3*ij.* de su-  
præ laudatis pulveribus in emulso amygdalino aut potu

consueto exhibeantur. Hic seq. pulvis encomio non defraudandus, si eodem modo usurpetur. 27. Sang. dracon. arboris in lacrumis, salis corallor. croci Martis adstring. bezoard. occid. eboris foſ. antihæctici Poterii ana 3j. pulv. anodynī gr. xij. f. p. i. dividendus in deſes xij. æquales. De hac mixtura singulis duabus horis elapsis duo cochlearia exhibeantur. 28. Aqu. fl. acac. meliss. plantag. card. bened. ana 3j. sacch. alb. 3j. effent. spissior. flor. hyperic. numul. pyrol. sanicul. ana 3j. eff. opii Langel. gr. iiiij. M. ad vitr. vel : 29. Aqu. card. bened. 3viii. rob. myrtillor. 3j. effent. spissior. virg. auree, torment. succi catechu. ana 3j. opii Langel. gr. iiij. M. ad vitrum. Vel 29. Aq. fragor. rub. id. ana 3viii. sfr. myrtillor. ceras. acid. ana. 3iij. sangu. drac. ver. effent. fl. hyperici. salis corall. ana. 3j. pulv. anodynī gr. xij.

29 M. ad vitrum. §. Torminibus sedandis confert frequens illitus oleorum sequentium calidè 29 Olei cydonior. ros. rub. ana 3j. mastich. select. 3B. ol. nuc. myristice expr. 3j. soluta ac per linteum trajecta dentur ad vitrum. Frequentes dejectiones suspendantur sequenti cataplasmate, si subinde stomacho ac ventri calide imponatur: 29. Diacydonii melliti 3xvj. coquatur cum vino rubro in pultis ipſitudinem; cui adhuc calentii comisce sequentia in pulverem trita sc. mastich. select. 3j. fol. menth. crisp. 3B flor. ros. rub. balaust. myrrh. select. ana. 3j. nucum myristicarum N. ij. hæmatit. aut rubric. fabril. 3ij addendo & theriacæ veteris 3j. f. l. a cataplasma. Vel huic intentioni proderit sequ. limentum calidè saepius nychthemeri spatio inunctum: 29. Olsem. papav. alb. expr. 3iij. ol. sem. hyoscyami expr. 3B. ol. nuc. myrist. expr. 3j. mastich. sel. 3B. soluta & per colum trajecta dentur ad fictile. §. Somno conciliando, ac spirituum ferociae obtundendæ tempore quietis possunt unum vel duo grana de laudano opiat, aut

10. aut essentia opii Langeloti, vel tantundem de pilulis  
anodynis regiis, si vir ægrotat, de pilulis vero anodynis  
hystericis pro mulieribus in emulso amygdalino aut la-  
ete tepido soluta assumi; vel subjunctus bolus deglu-  
tiatur: *R. Conditur. ros. rub. 3j. terra Lemina aut Me-*  
*litens.* vel alterius cognatae 3*B. pulv. anod. gr. iiij.* cum  
saccharo f. bolus ad chartam; vel *R. Conditur. ros. rub.*  
*3j. succi catechu. ebor. fossil. essent cap. papav. alb. ana*  
*3B. cum saccharo f. bolus ad chartam.* §. *Tenesmo*  
sopiendo præter enema superiùs commendatum pro-  
ficiuæ sunt fomentationes hoc modo paratae. *R. Rad.*  
*Scrophular. nymph. luteæ ana 3j. herb. scord. linar. ab-*  
*sinth. fl. verbasç. ana Mj. sem. cydon. 3j. incisa & con-*  
*tusa coqu. in laetis chalybeati L q. quo in decocto*  
colato spongia aut linteum humectetur, ac sedi sæ-  
piùs calidè applicetur; hoc etiam linimentum admo-  
dum salutare est, si calidè linteo exceptum pluries  
in anum intrudatur: *R. Unguent. de hyoscyamo, de li-*  
*naria, mucaginis feminis cydoniorum aqua ros. extract.*  
*ana 3j. vitellum ovi recens, croci pulv. 3j. misce ad*  
fictile; huc trahi quoque potest linimentum contra  
rhagades Scretanum calidè intrusum; nec non glan-  
des è cera ac unguento de hyoscyamo conflatæ ac ano  
immissæ; non ex infimis euporistis est jus crassum  
interaneorum agni aut verves tam potum calidè,  
quam in tenesmo ac exulcerato intestino recto instar  
enematis injectum. §. *Vires collapsæ requirunt for-*  
*tificantia juxta sequentes præscriptiones adhibenda:*  
*R. Conditura fl. ros. rub. antiqu. oxytriphylli ana 3ij.*  
*antikeçt. Poterii probæ notæ, spec. diatrag. frig. rec. bol.*  
*Armenatis ana 3ij. conf. de hyacintho 3B. rob. cydo-*  
*nior. 3j pulv. anod. gr. xij. misce ad fictile, ut singulis*  
tribus horis juglandis quantitatem inde æger deglu-  
tiatur; *Vel R. Conditur, oxytriphylli 3iiij. pomi citr. rec.*

cum extimo corticis oleosi flavo N°. j. diaph. Fovialis  
seu antiheat. Pot. terræ Lemn. salis cydon. essential. ana  
zij. Confect. alkerm. zj. vel zij. extr. theriac. 3B. es-  
sent opii Langel. gran. iiiij. Vel & Chocolate zib.  
fir. fl. cariophyll. rob. rub. id. cydon. ana zj. con-  
fect. alkerm. 3j. misce ac eodem modo, uti eclegmata  
suprà descripta, per vices usurpentur: ex liquidioribus  
hæc aqua cardiaca haut contemni debet: Rq. Aqu. me-  
lisse. plantaz. card. bened. ana zj. corall. rubr. præp.  
sangu. drac. ver. ebor fossil. ana 3B. bezoard. occid. sma-  
ragd. præparat. ana 3j. extr. ther. 3B. misce, ut inter-  
diu ac noctu sæpiùs duo cochlearia indè sumantur.

33. §. Sitim immensam compescit ac simul salis vitiosi  
luxuriem diluant ac temperant potus in dysenteria  
consueti, uti sunt emulsum amygdalinum cum decocto  
rad. tormentillæ ac bistortæ paratum, nec non aci-  
dule chalcanthine; pauperes solo decocto harum ra-  
dicum, aut decocto myrtillorum vel prunorum silve-  
strium, lacte tepido, aqua ferrata aut in qua lutum  
fornacum candens extinctum sit: pariter & sequen-  
tia composita tam seorsim pota, quam pro emulsis  
conficiendis cocta haut contemnantur: Rq. Rad. tor-  
mentillæ 3B. symphyti, sem. papav. alb. ana 3ij. myr-  
tillor. 3B. c.c. ust. zj. incis. & contusa coqu. in aqu. font.  
Mens. ij. ad quartæ partis exhalationem; vel Rq. Rad.  
bistort. symphyti, ichthyocoll. sem. papav. alb. acetos. ana  
zij. c. c. ust. myrtillor. ana 3B. incisa & contusa co-  
quantur ut suprà; delicatuli hoc emulsum amygda-  
linum sibi parent: Rq. Amygdal. dulc. ziiij. sacch. alb.  
zj. sem. papav. alb. 3B. decoct. c. c. ust. Mj. Ex contusis  
f. emulsum. Qui absque febri dysenterici fiunt, bibant  
vinum calidum, in quo pruna silvestria, aut myrtilli  
baccæ, vel sorba, cydonia, aut mespila sicca bullie-  
rint; superbibito jure pingui agnino aut gallinaceo, ac  
inuncto

34. inuncto ventre oleo nucis myristicae. §. Ex euporistis dysenteriam mitiorem, licet aliquamdiù durarit, si stunt pilulae tres aut quinque instar ciceris ex alumine rupeo parum liquato conflatae ac deglutitae; quæ tamen antè detersum stomachum ac intestina non exhibeantur. Sic ova oleo juglandum frixa ac alumine rupeo & nuce myristica aspersa fluxum hunc cruentum tollunt. Lardum quoque recens non salitum à grumis tamen solutum ad duo cochlearia pro una vice datum egregium est; idem præstat oleum juglandis recens, seminis lini ac nucleorum pini ulcere priùs deterso. Cruor etiam leporis panno rubeo exceptus ac siccatus & aqua aut vino, si febris absit, immersus, ut potui inserviat, prodest. Cochleæ cum testis combustæ ac 3j. pondere cum aqua pluries potæ non contemnendæ; sic utilis est tinctura Martis adstringens, si rhabarbaro fordes priùs detergantur, teste.
35. Olao Borrichio Act. Hafn. vol. V. obs. 43. §. Verminosæ dysenteriae curam anteà exhibuimus; imò tām intus cum vitello ovi aut pauxillo sacchari ad 3B. dilutum opobalsamum, aut Peruanum, quām extus in clysteribus utile est, referente Luca Schroëkio, miscellan. cur. dec. I. an. III. obs. 76, 77.. §. Infantes dysenteria laborantes sic tractari queunt: primò rhabarb. ac spec. diatrag. fr. ana. 3B. in pulvere cum emulso amygdalino ac sirupo cydonior. puero unius anni exhibetur; quæ dosis pro ætatis conditione augeatur: dein hæc mixtura iisdem proficua est, si saepius cochleatim iisdem præbeatur: Rq. Aqu. card. bened. plantag flor. tiliæ, sirup. cydonior. ana 3iB. sangu. drac. ver. ebor. foſſil. bez. occident. corall. r. præp. ana 3j. pulv. anod. gr. iiiij. misce ad vitrum; pro potu consueto ac diaphoretico egregio conficiatur hoc emulsum præstantissimum: Rq. Amygd. dulc. 3iij. sem. papav. alb. 3B. aqu. card. bened. 3xx. ros. flor

*flor. acac. ana 3j. f. emulsum*; cui addes *sacchari 3vj. aga-*

*rici petrae, eboris fossil. corall. r. præp. ana. 38.* misce, ut  
intrà diem naturalem exhauriatur per vices; quòd,  
si opus sit, iteretur; & *diaphoresis* larga indè provo-  
cabitur; alijs *aqua card. bened.*, solitariè pota, aut  
ejusdem *plantæ decoctum* diuturnum *ventris fluxum*  
ac *dysenteriam* mitigat & tollit; quemadmodùm *ab-*  
*sinthium* potum *verminosam* tollit *dysenteriam*.

37. §. Quia *dysenteria* epidemia maligna tractatur instar  
*febris malignæ* cum *diarrhœa*, ideo lectorem ad su-  
periùs laudatum libellum de *febi castrensi maligna*

38. ablegamus. §. Quòd tamen ad diætam *dysenteria*  
decumbentium attinet; curandum ut I. *Aer ægrum*  
*ambiens* nec *humidus*, neque *nitrosis* aut *cœnosis sul-*  
*phureisq; putidis particulis turgidus*, nec intensè *cali-*  
*dus* aut *frigidus* sit, cui si *maligna effluvia innatent*,  
aut aliæ *venenatae exhalationes* ad corpus *ægri* acce-  
dant, congruis *suffitibus*, ut *accenso ligno juniperino*,  
*abjegno* aut *piceo*; itemque *pulvere pyrio aceto parùm*  
*humecto*, *cornubus caprinis*, *corio vetusto*, *resina*, &  
*similibus* corrigatur. Corpus stragulis quoque sem-  
per probè tegatur, ac pedes, qui in hoc affectu ut  
plurimùm frigent, calore extraneo foveantur. II. *Dy-*  
*senteria correpti fugiant omnia, quæ multum saliun-*  
*tur, pisces, carnem salitam, suillam aceto immersam ac*  
*aliam quamcunque, sive fumo iudurata, sive recens*  
*sit; fructus item crudi & horai, nec non blitum, beta*  
*aut brassica quævis sive cruda sit, sive cocta aut sale*  
*condita summè noxia censentur: Ova ipsamet non*  
*semper tuta sunt, nisi jam recensito more frixa, aut*  
*in pulte lactea exhibita. Capiantur ex adverso cibi*  
*solidius nutrimentum ac glutinosum chylum præ-*  
*bentes, uti sunt jura galli ac gallinae veteris, lac tepi-*  
*dum cum pane tosto, decoctum interaneorum verve-*  
*cis aut*

cis aut agni, jus farinaceum aut avenaceum, puls ex oryza aut milio cum pauxillo croci tincta, tremor hordei, caro agnina ac leporina asla, cydonia ac pyra adstringentia cocta. Mensis secundis apponantur dia-cydonium, cydonia, mespila, pruna silvestria ac sorba condita cum saccharo; sic etiam puls rubi idem, cynosbati, uvarum crisparum rubearum spinis non horridarum, utilis est; mala granata recentia cum acidis mauducanda. Potum anteà varium exhibuimus.  
III. Omnes corporis motus, quemadmodum & omnia animi fortiora pathemata vitari debent; quod de vigiliis pariter intelligendum; E' contraria verò parte quies, somnus, ac animus sedatus sanitatem heic validè promovent. IV. Excretiones in ordinem redigendæ: nam fluxu hoc cruento aut mucoso affligente silet diuresis, diaphoresis, priyalismus, quæ, ut curationis scopus eo tendit, summo studio provocentur necesse est.

## T A N T U M.



Was

## I.

**E**in Freund Du schreibst gesund von ungesunden sachen/  
Und heilst auf dem papier der Kranken schwere Pein/  
Ich wünsche das gesund Du alle mögest machen  
So wird kein mangel Dir an Rosenobeln seyn.

Dieses setzt seinem vielgeehrten Herren Bruder

**R**obert Ochs/ von Iffurt am Main.

## II.

**W**as von dem Hertzen strömt/ auf Zung und Feder quillet/  
Ein ohngefürn'ste Trew Dir reinen Weyrauch  
sträut.

Hier sih'st du meine Brust mit Freundschafts-gluth erfülltet/  
Und wie die Seele Dir zu opfern steht bereit.

Ich sehe schon den Kranz/ so deine Schläff bepalmet/  
Weil Fleiß und Zugend Dir die Ehren-pfort spernt  
auff/

Die keiner Jahre Kost/ noch Zeiten Zahn zermalmet/  
Weil Klug- und Fromkeits-Trieb begleiten deinen  
Lauff.

Was Gott und die Natur in Heimbllichkeitens-Grüsst'en/  
In Erd und Lüfft'n-Kreis in Flut und Gluth versteckt/  
Und was gelehrte Händ erleuchtet in den Schrifsten/  
Hat ja durch deinen schweiß sich deiner Wit entdeckt.

So woll der Himmel Dir stäts seinen Segen leihen/  
Weil Dir des Todes-Gift die Heil-Kunst ist bei-  
wust.

Ich aber/ wertster Freund/ will deiner Seelen weihen  
Mein Herz zum Rauch=Altar und Denckmahl unsrer  
Lust.

Dieses setzt seinem werthesten Herren Bruder

**J**OHN. PH. CAPP. von Speyr.

F I N I S.